



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

57. Item de parricidio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De parricidio. *Ex Lege Theodosiana*  
lib. IX.

LVII. Si quis patrem, matrem, fratrem, Interpretat. l. 1. Cod. Theod. de parricidio. forem, filios, filias, vel alios propinquos occiderit, remoto aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culleus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur, & si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiciatur, tali pœna damnatus nullo unquam tempore obtineat sepulturam.

De domina quæ ancillam occidit. *Ex Concilio Elibertino.*

LVIII. Si qua domina furore zeli inflammata ancillam occiderit, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu emittat, eò quòd incertum sit voluntariè an casu occiderit; si voluntariè, post septem annos, si casu, post quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem admitti placuit. Concil. Elibert. c. 5. Halitgar. lib. 4. c. 5. Burchard. lib. 6. c. 19.

Si servus occiditur à domino dum verberibus castigatur. *Ex Lege Theodosiana.*

LIX. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidij non tenetur: quia tunc homicidij reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen. Interpretat. l. 1. Cod. Theod. De emendat. servor.

De oppressione infantum. *Ex Concilio Mogonciacensi.*

LX. Si quis infantem suum incautè oppres- Burchard. lib. 17. c. 58.